

4. Duo Hæmisphæria post aeris evacuationem firmiter cohærentia, vacuo commissa, sine omni adhærente pondere à se invicem separantur.

5. Follis præ omni aeris introitu obstructus, ut hinc dilatari nequeat, in vacuo distendit sua latera.

DEMONSTRATIO XIII.

Aër atmosphæricus habet quoque Vim elasticam, eamque non nisi compressus exserit.

EXPERIMENTA.

1. Vesica flaccida, sed ligata, ut interior paucus aer elabi nequeat, in vacuo, dum ambiens externus aer est eductus, ab interno mirè expanditur, ac si ore insufflaretur.

2. Vesica flaccida sed cum appenso pondere onerata & intumescit in vacuo, & pondus simul elevat.

3. Vesica in medio ligata, altera extremitate autem aperta in vacuo in ea parte extenditur, ubi aer ligaturâ conclusus tenetur.

4. Globulus vitreus, spiritu vini plenus ad guttalam usque aeris residui, candelæ admodum cum fragore promptè disrumpitur.

5. Pulmones vacuo commissi, si ligati sunt, non sine delectamento insufflantur, ac si ore id fieret.

6. Tu-